



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Iustini cognati sui occisione. Caput II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

sunt ex gente Scytharum, qui Hamaxobij dicuntur, quiq; agros vltra Caucasum iacentes accolunt, oriūdi. Qui Turcas vicinos suos, ab illis grauibus affecti incōmodis, cū omnibus suis fugientes, primum ad Bosphorū venerunt: de inde litoribus Euxini Ponti relictis, (vbi multæ gētes Barbaræ habitabant illæ quidem, sed vires & castella à Romanis incolebantur, atq; eò tū nōnulli milites rude donati aduentauerant, tum coloniæ erant de imperatorū sentētia deductæ) recto itinere cōtenderunt, oībus barbaris qui ante pedes erāt vsq; eò expugnatis quoad Danubij ad litora peruenirēt: vnde legatos miserūt ad Iustinianū. Ex eo loco Iustinus accersebatur, eo nomine videlicet, vti cōditionibus inter ipsum & imperatorē Iustinū pactis frueretur. Nā quoniam ambo in simili vitæ splēdore positi videbātur, & imperiū ad vtrūque spectare, post magnam de rerū summa disceptationem & controuersiam, conuenit inter eos, vt vter illorū ad imperij honorem ascenderet, alteri deferret secundas, eatenus quidem, vti licet secundas ab imperatore, præceteris tamen omnibus primas obtineret.

De Iustini cognati sui occisione.

Caput II.

Quapropter Iustinus imperator beneuolētia quadā frōte simulata alterū Iustinū cōplectitur, & criminibus paulatim cōtra eū cōfictis, & satellitibus, militibus prætorianis, ac stipatoribus ab eo remotis, vetat, quò minus in publicum prodiret (domi enim assiduè se continuit) & tandem madata Alexandriam transportandum. In qua vrbe, nocte intempesta, cum iam decumberet in lecto, miserandum in modum interemptus est: illaque mercede tum ob beneuolentiā in rempub. tum ob res præclare in bello gestas remuneratus. Atque non prius imperatoris eiusque coniugis furor, & iracundiæ flamma restincta fuit, quam caput eius ceruicibus abscissum oculis cernerent, inque illud calcibus insultarent.

De execrabilibus Addeo & Aetherio.

Caput III.

Pp 2

Non lon